Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

rastis me. Ego autem gloriam meam non quero. est qui querit et iudicet. Amen amen dico vobis si quis sermonem meum servaverit mortem non videbit in eternum.

ut mihi post obitum reservetur hominibus. sed ficte ad placendum iudeis de vivere et terrena vita tractaret. Demonium vero illum habere dicebant. propter eius sermones transcendentes capacitatem humanam. quibus deum patrem suum asserebat. et se de celo descendisse et cetera huiusmodi. Vel propter suspicionem cordium. quia plerique in beelzebub demonum principe opinabantur ipsum eicere demones. Theoph. Vel samaritanum illum dicebant. tamquam ritus hebraycos dissolventem. utpote sabbatum. Samaritani enim non perfecte iudayzabant. Ex hoc vero quod eorum cogitationes revelabat. Demonium ipsum habere suspicabantur. Quod vero eum samaritanum dixerunt. nusquam evangelista dicat. Ex quo palam est quod multa pretermiserunt evangeliste. Aug. Ecce iniuriam tantam suscipiens deus non contumeliosa ira reddidit. Sequitur enim. Respondit Ihesus et dixit. ego demonium non habeo. Ex quia vero quid nobis mittitur nisi ut eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus. eorum et vera mala taceamus. ne ministerium iuste correptionis. in arma vertatur furoris. Crisosto. Et attendendum quod ubi eos docere oportebat. et eorum superbiam subtrahere. asper erat. Ubi vero exprobratum eum oportebat sufferre. multa mansuetudine utebatur. erudiens nos que quidem ad deum iniuriam. que vero ad nos. despicere. Aug. Et ut homo prius eius imitetur patientiam. ut perveniat ad potestatem. Sed quamvis maledictus maledicta non reddidit. oportuit tamen ad eum negare. Duo autem sunt fuerant obiecta. Samaritanus es tu. et demonium habes. Non dixit: non sum samaritanus. Samaritanus enim interpretatur custos. Noverat autem se illum nimirum esse custodem. Non enim oportuit ad eum ut redimeremur. et non perimus ut sucurrimus. Denique ipse est samaritanus qui accessit ad sauciatum et misericordiam impendit. Orig. Aut quoque dominus magis quam paulus omnibus omnia fieri voluit. ut omnes lucrifaceret. et ideo se non negavit esse samaritanum. Ultimo autem solus ipsum fore notatum. Ego demonium non habeo. sed neque ipsum. sic et mundi. Venit princeps huius mundi et in me non habet quicquam. Quia et que delicto eorum reputata sunt nimia. demonibus adaptantur. Aug. Deinde post talem contumeliam. hoc solum dixit de gloria sua. Sed honorifico patrem meum. Quasi dicat. ne vobis arrogans videar. habeo quem honorificem. Theoph. Honorificabant autem patrem. irascens eum et non tolerans homicidas et mendaces se dei veraces filios appellari. Orig. Solus autem Christus verissime veneratus est patrem. Nullus enim honorat quemquam ex hiis que non honoravit a deo. honorat deum. Aug. Sed quia quilibet dei zelo utitur a pravis hominibus dehonestatur. ut sciremus ipso nobis quod patiens prebuit exemplum quod ait. Et vos inhonorastis me. Aug. Quasi dicat. ego facio quod debeo. vos non facitis quod debetis. Orig. Non autem illis solum hoc dictum est. sed et omnibus iniuste agentibus. qui iniuriam inferunt Christo qui est iusticia. et inferentibus contumeliam sapientie. eo quod Christus est sapientia. Et sic de aliis huiusmodi. Aug. Sed quod nobis contra iniurias facia